

Necesse est ut videas ipsum in tpe. Sed apud intellectum exemplum est de hoc convenientius quam motum quod reuera non est nisi in tpe apprehendit etiam cum cogitat subito et in instanti. Sicut et ipse. Iuxta huiusmodi exempla opteat te conari ad ymaginandum qualiter temporalia et in eternitate et in statu et in modo cognoscant et intelligantur videant et tamen seorsum a tpe hoc est intemporaliter. Et quemadmodum de localibus seu locabilibus loquuntur homines extra loca in quibus illa sunt exemplum gratia homines qui sunt in alapia loquuntur de rebus que sunt in yndia vel ethyopia et homines qui sunt in terra loquuntur de stellis et alijs corporibus que sunt in celo et cogitant de eis et apprehendunt eas cum tam longe sint ab eis. Similiter et homines qui sunt in statu aliquo cogitant de hominibus qui sunt in statu longe alio et alteriusmodi. Ipse et anime nostre dum hic sunt cogitant de sanctis et beatis angelis et de statu ac felicitate ipsorum secundum possibilitatem suam. et homines cum temporalia sunt et in tpe de ipsa eternitate cogitant et de creatore qui solus in ea est licet per difficultatem sit eis clare ymaginari et ad liquidum comprehendere ea. Manifestum igitur est quoniam et de eternitate est tempus et temporalia conspiciere et de ipso tpe eternitatem. Sed verum est quod de eternitate tamquam in lumine et ex lumine ultra quod non est lumen de tpe vero tamquam de tenebris et illud ad modum densis. Verum est et sermo sancti et sapientis duo dixit. Nos quippe iuolumur tenebris. Ita etiam audiisti alibi quoniam sensibilia sunt nobis hic tenebre magne et hoc est propter corruptiones et icrassationes que sunt aibus nostris a parte corporum et augentur euidenter tenebre iste apte quorundam corporaliu. Sicut vides a parte nutrimento quorundam corporaliu ut appet manifeste in cibis et potibus quibus inebriantur usque ad insipientiam anime nostre.

Tendendum etiam est tibi hic quod felicitas illa tanta habet claritatem cognitionis ut non magis videantur illic que presentia sunt quam que preterierunt in tpe vel futura sunt. Unum primo ceteris vicis sapientium iam est ibi que adhuc in tpe futura sunt et presentia ibi est que iam in tpe preterierunt. Ex illo igitur lumine videtur futura in tpe que ex illo lumine neque per preteritionem exeunt neque per aduentum suum in tpe suo nouiter illuc celsunt. Hec est causa propter quam dixerunt aliqui antiquorum quoniam in eternitate est et intra ipsas que nondum est in tpe quoniam sic audiisti in precedentibus infinitas eternitatis circumdat et continet angustissimam temporis bonitatem quemadmodum si diceret quod quicquid est in terra est et in celo. quoniam circumdat et continet celo. Unum et posuerunt

hoc verbum est equiuocum et diuiserunt significationi eius ponentes alteram eternalem alteram temporalem et dixerunt quod secundum intentionem eternalem non declinatur in fuit vel erit et hec est intentio secundum quam de solo dicitur creatore iuxta fidei et doctrinam christianorum. Similiter et hebreorum quorum utriusque nihil eternum ponunt propter ipsum et positio ista est tibi verificata in precedentibus. Attestant autem isti distinctioni sancti sermones et autentici quod manifestum est in libris prophetarum et aliorum qui prophetas secuti sunt. Secunda vero intentione sua non congruit nisi temporalibus et tpe sic neque inflexiones ipsius. Vere tamen secundum communem usum loquendum de his dicitur que tota simul sunt hoc est quorum esse non fluere siue sint simplicia siue composita. in hoc eis non vicinant non nulla similitudine eternitati propter quam secundum intentionem eternalem quam dixi et etiam habeat tempus verissime dicitur non ens et non esse sed magis fluens et fluere omnium enim que esse dicuntur quolibet modo ab eternitate remotissimum est tempus et hoc est quoniam eternitatem minimo sui tangit tantummodo hoc autem est ipsum nunc seu presentem eius et de hoc aliquid audiisti in prima parte tractatus istius.

Uod autem statum felicitatis future siue quod milium eternitati sepe dixi necesse est ut ita intelligas non quoniam et inicitur et partes habeat felicitas enim sanctorum angelorum cuius similitudo et equalitas promissa est electis ex dilectione dei ab ipso et per ipsum indubitater cepit et iuxta doctrinam christianorum qui soli de ea prebata sunt paulo post creationem ipsorum habuerunt quodammodo hanc aliam felicitatem quamque merito naturalis deus quoniam ipsa fuit opulencia bonorum naturalium hoc est scientiam naturalium et virtutum habes ex necessitate multa iocunditatem cum tam longe esset a molestiis et miserijs et quoniam non erat sine cognitione magna et luminosa creatoris habebat illa felicitas ex necessitate gaudium ex cognitione ipsius licet incomparabiliter minusque habeat illa que postmodum data est eis felicitatis. Dico igitur quia hec felicitas in his que narrabo est eternitati similia horum presentium est quod omnia bona gaudiorum et gloriarum similiter nec perit aut fluit quicquid eorum quod permanet ipsa regit et que decet apud eam permanere. Secundum est pax placidissima ab omni tumultu motionum corporaliu atque afflictuum longe immunis et libera. Tertium est stabilitas atque impmutabilitas in seipsum vel in minus vel in deterius. Mensurari autem eam nihil prohibet sed hoc idem est alieno tpe non suo quemadmodum et motus sublimares tpe quod est mensura.

Quod igitur